

**IO: ANTONII
NOVARII**

I.V.D. Prothonotarij Apostolici, ac Metropolitanæ
Ecclesiæ Neapolitanæ Canonici

SVMMAE BVLLARVM

SIVE

Apostolicarum Constitutionum vsu frequentiorum

COMMENTARIA

In quibus celebriores Iuris Ecclesiastici, & Pontificij materiæ explanantur. Addita in hac
postrema editione semicenturia nouissimarum Sac. Rot. Rom. Decisionum ad per-
fectissimam, ac omnimodam materiæ dilucidationem apprime facientium.
Nec non nouo, ac locupletissimo Rerum, & Verborum Indice.


OPERA, ET, STUDIO

IOSEPHI DOMITII

E Ciuitate Montis Alti I. V. D. & postremo nonnullis Additionibus.

ABBATIS MICHAELIS IUSTINIANI

Patritij Ianuensis ex Chij Dynastiis V. I. D. ad nonnulla eiusdem
Comm. post Indicem impress.



ROMAE:

Sumptibus FELICIS CÆSARETTI: Sub Signo Reginae. M.DC.LXXVII.

Superiorum permissu cum Privilegio.

EMINEN. ET REVERENDISS. PRINCIPI
ALDERANO CARD. CYBO

Legato Auenionen. & SS. D. N. Papæ
INNOCENTII XI. à secretis Status &c.

Felix Casarettus Fel.



A literarum est conditio, EMINENTISS. PRINCEPS, quorumque primò volumina solam æternitatem redolent, vt quò sacratoribus fulgent instituti dogmatibus, eò illustriori, ac auspice omnipotenti manu perenniori gloria donentur: Planè, quæ peculiaris est causa, dum vniuersi potius orbis vtilitatem, quàm laudis, existimationisque propriæ studium inquirebant, ac vmbrae gloriolæ fatuos improbabant igniculos, eorum nomina tam in glorioso eruditorum firmamento, quàm in cælis scripta, libroq; Vitæ inserta felici profus euentu immortalitatis consignarant. Palmariam hanc sibi acquisiuerunt gloriam Lucubrationes istæ *Novarij* hominis in Sacrorum Canonum, Pontificiarumque Constitutionum Codicibus consummatissimi, quæ licèt vt absolutissimæ forent, nouissimum Auctoris expectarent pennicillum; attamen cum Doctrina maiestatem, cum sapientia venerationem nobilissimè insculptam stigmate summo in fronte deferrent, præstantissimum Tuum Patrocinium prætolabantur. Has, & ego non vulgari auctas incremento, iterata Typorum cura, Tibi dicatas in lucem emitte non reformido. Quandoquidem si audaciam res ipsa suggerat Tuis magnis meditationibus concors, æquè ac congruens; reuerentiam etiam remouet summa, ingenitaq; benignitas Tua, quæ accurrentibus semper obuia, nunquam, & in sublimiori elata culmine postulationes supplicum præuenire dedidicit. Quid itaque tibi convenientius dicandum, qui Sanctissimi Pontificis INNOCENTII XI. venerabiliora oracula sacro claudis pectore, quàm Commentaria hæc in Diplomata Pontificia egregio sudore concepta, & accurato studio elucubrata? Tuum ergo potius quod est, quam ipsius *Novarij* hoc opus sereno excipe vultu, EMINENTISS. PRINCEPS; meique reuerentissimi obsequij certissimum agnosce argumentum Tu, qui summum felicitatis apicem attingere dedisti, cum Tibi vni me totum, meaque omnia iamdiù dicata æternum fore benignissimè permisisti. Patere quoque his Typographicis curis sub vmbra protectionis Tuæ, qua nihil eminentius, nihil sublimius sperandum erat, in publicam Literatorum vtilitatem emissis summo in capite Tuum celebre nomen signari; Nescio quid Sancti cum Sanctissimorum Pontificum decretis optabilissima grauantur sarcina; ac nescio quid magni præferre videntur, cum excelso nomine Tuo ornate, noua hæc perfusæ, nouam speciem assumunt. Hoc etiam nomine convenientius sacros Tibi labores istos iudico, cui nihil, vel est, vel fuit vnquam Sedis Apostolicæ dignitate, auctoritate, & veneratione carius, nihilque communi animarum saluti antiquius; eò namque spectarunt semper studia

IOANNIS ANTONII NOVARII L. G.

Ac Canonici Neapolitani

BULLARVM

siue

CONSTITVTION. APOSTOLIC.

COMMENTARIA

PARS PRIMA.

COMMENT. I.

De Abbatisa.

Super Bulla Gregorij XIII.

SUMMARIVM.

- 1 Abbatisa eligenda est per triennium, & non in vita, siue contradicatur moniale. sine Abbatisa n. 7.
- 2 Abbatisa electa ultra triennium nequit exercere per triennium.
- 3 Locatio honorum Ecclesie facta ultra triennium, est inualida quo ad triennium.
- 4 Abbatisa eligi potest minori tempore triennij.
- 6 Sorores dua non possunt ad ianicem succedere in Abbatisatu.
- 7 Abbatisa electa ad beneplacitum, non censetur electa ad triennium.
- 8 Abbatisa potest eligi ultra triennium a monialibus non professis regiam a Sede Apost. approbatam.
- 9 Abbatisa finito triennio non tenetur renunciare Abbatisatu, sed expectet creationem noue Abbatisa.
- 10 Abbatisa ultra triennium confirmari potest a Pontifice.
- 11 Abbatisa finito triennio non est confirmanda si non reperiretur alia monialis idonea.
- 12 Abbatisa finito triennio non est eligenda ad idem officium, nisi post aliud triennium, & quid in ordine Sancte Clarae n. 3.
- 14 Officiales monasterij prater Abbatisam eligi possunt ultra triennium.

EX dispositione huius Constitutionis incip. hae perpetua ualitura constitutione colligitur Abbatisam, seu praefatam quauincumque monialium esse eligendam per triennium tantum,

non autem ad vitam, alias electio nullius roboris erit, & ita etiam firmarunt *Nasarr. cons. 3. de reg. cons. 1. de caus. poss. & propr. & cons. 7. de stat. monac. Minad. de regul. p. 2. q. 6. art. 6. & Bald. in sum. verb. Abbatisa.*

2 Cuius tenor ampliatur primo, ut si Abbatisa fuerit electa contra dictam formam, & sic ultra triennium, neque poterit exercere per triennium, iuxta *cons. Roman. 66. firmantis, electionem esse faciendam per annum, ita ut si ea fuerit facta per plures annos, nec per annum valida censetur, sequitur Cypic. dec. 49. & Cabed. dec. 84. n. 7. & cum ratione, nam bulla dat formam, propter quam redditur actus indiuiduus, & ideo succedit regula uile per inutile uitiari c. uile de regul. iur. in 6. c. non debet eod. l. 1. item queritur ff. de aqua quotid. & est. Seraphin. decis. 583. n. 8. Tusc. concl. 373 n. 1. & Mantie. de tac. & ambig. conuent. to. 2. lib. 16. tit. 36. num. 3.*

3 Hinc intertur, locacionem factam ultra triennium de bonis Ecclesiasticis non ualere etiam per triennium, *Gam. decis. Lusit. fin. Paris. decis. 30. p. 1. t. 1. & proinde Monasterium non tenetur recipere Abbatisam ultra triennium, ut uidemus de officiali creato abbarone ultra annum, quam Vniuersitas non tenetur recipere ad tradita per *Mastrilli. de magistr. lib. 1. q. 27. n. 55. & addita per nos in Schol. ad l. neminem C. de suscept. & prepos. lib. 10.**

4 Amplia secundo, ut nec Abbatisa possit eligi minori temporis spatio, quam triennium, quia moniales nequeunt ad eorum beneplacitum eligere Abbatisam, faciunt scripta per *Nonarium fratrem in prag. 5. sub rubr. de Barom. 3.*

Contrarium tamen indicauit S. Cong. Eminentissimorum Cardinalium Episcopo Arranen. 18. Septembris 1595. ut licet uigore dictae bullae Abbatisa non possint esse perpetua, non tamen prohibetur, quin singulis annis mutari possint.

A

Amplia

I N D E X

- Ecclesie utilitas est consideranda etiam respectu reddituum provenientium ex emptione aquarum**, *ibid.* num. 18.
- Utilitas evidens Ecclesie quanta esse debeat, est arbitraria iudici**, *comment.* 5. num. 4. pag. 240.
- Utilitatis cognitio precedere debet ante alienationem**, *Comment.* 129. num. 35. pag. 215.
- Utilitas non evidens Ecclesie probatur coniecturis**, *ibid.* num. 23.
- Utilitatis, vel necessitatis causa deficiente, annullari an possit contractus**, *comment.* 30. num. 16. pag. 38.
- Utilitatis evidens, vel necessitatis causa non potest probari per Testes in iudicio summario examinatos**, *comment.* 4. num. 4. pag. 239.
- Utilitatis evidens Ecclesie probationes concludentes esse debent**, *comment.* 5. num. 2. pag. 240.
- Et quando sufficiat extrajudicialis informatio**, *ibid.* num. 3.
- Utilitas evidens Ecclesie quo tempore attenditur**, *comment.* 129. num. 1. & 31. pag. 214.
- In utilitatem Ecclesie non dicitur facta alienatio eius Bonorum, nisi sint specificata bona, & visa per Commissarium**, *comment.* 4. num. 6. pag. 240.
- In utilitatem Ecclesie alienatio Bonorum eiusdem quando teneat absque licentia Pontificis**, *comment.* 129. num. 34. pag. 215.
- Pro utilitate fructuum colligendorum an sit licitum maleficium**, *Comment.* 147. num. 9. pag. 234.
- Utilitatis Ecclesie causa primaria, & non secundaria attenditur**, *comment.* 30. num. 14. pag. 38.

Vulnerans.

- VULNERANS** mediante pecunia, non sequitur morte, gaudet Immunitate, *comment.* 72. num. 66. pag. 116.
- Vulnerans lethaliter in Ecclesia, & si vulneratus decesserit extra Ecclesiam privatur Immunitate**, *comment.* 80. num. 37. pag. 182.
- Et quod dicatur vulnus lethale**, *ibid.* num. 38.

